

PALMAE SOLIS ALMAE

1

Alba Veris castitas

Aperuit fenestram

Tum vitrea lenimen
colorum Solis sensere

Oculi fatigati trementem immensitatem videre

Tum odores florum amygdali

cubitus viatoris halitu teneritatis implevere

Quid nunc oculi admirantur

In colle ala alba Veris caeruleum clamat

et cor eius plenum laetitia

vitam novam respirat

O beata solitas insequens ea quae dicit

Veris floridi odorosa castitas!

2

In vinea

Tranquillitas cum luce solis spargit flores

et viatores sentientes salubres odores

in vinea salutant puellas expergiscentes

earum dulces amores

3

Et manus coronae

Et manus viatoris plenae

plenae

argenteae lucis lunulae

Et ora viatoris tacita

tacita

videntia silentia et mortua capita

Et manus fiunt coronae

ex oribus cantilenae

in corde solivagi poetae.